denelo Haec sua praesenti personali regne ad praemissa omnia mediante.

Tymieniecka Bronikowskiemu Canonico et Offiati Praemsl. Debet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Ex 6
Praemyslien Dna Constantia Alexandra de Leszczyny Tymieniecka, Dni Alexandri Zaręba Tymieniecki Pincerna Siradien Consors legitima, cum eius manifesti ... Iusoris Coniugalis personali assistentia ... ad infrascriptam cognoscenda consensu, sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa Perillustri et Admodum Reverendo Domino 1265
Stanislao a Bronikow Bronikowski Canonico Vicario in Spiritualibus et officiali Generali Praemyslien, Sambori Rybotycen Vitren Praeposito et ipsius successoribus summam Duorum Millium octingentorum Viginti septem florenorum polonicalium, monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando et numerando, certi veri, iusti, et liquidi debiti, mutuatique apud ipsum per se Recognoscentem pecuniae tenetur atque debet. Quamquidem summam suprascriptam Duorum Millium octingentorum Viginti septem florenorum polonicalium eadem supra scripta Recognoscens se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis, eidem supra scripto Perillustri et Admodum Reverendo Domino Stanislao a Bronikow Bronikowski Canonico et Officiali Praemyslien Creditori suo cuique praetensis, hic et ab actu praesenti pro die et Festo Conuersionis sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo sexcentesimo septuagesimo Tertio proxime venturo incidente realiter et in effectu soluturam, et coram officio Actisque praesentibus Castren Capitan Praemyslien reposituram et relicturam, repositamque et relictam neque ... ab eodem officio praesenti non effidecessuram nec arrestaturam, vel quouis alio modo solutionem summae eiusdem praepedituram et impugnaturam inscribit et obligat praesentibus. Idque sub vadio simili summae aliorum videlicet Duorum Millium octingentorum viginti septem florenorum Polonicalium

poenam

per eam Recognoscentem siue eius posteros suprascripto Perillustri et Admodum Reuerendo Domino Canonico et Officiali Praemysliensi siue eius Successoribus, ob non solutionem summae suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio

211k modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complendo, summaque ipsa principali non soluta soluenda Citata existens memorata Recognoscens Dnsa Constantia Alexandra Tymieniecka, siue eius posteri, Ad Instantiam suprascripti Perillustris et Admodum Reuerendi Domini Stanislai à Bronikow Bronikowski Canonici Vicarij in Spiritualibus et officialis Gnalis Praemysliensis Samboriensis, Rybotycensis Visnen Praepositi Creditoris sui aut eius successorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense siue etiam Brzecense, ad quod prius citabitur, exhere recepto supra scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino Tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum seruitio militari, ad munimenta ad euictionem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem vltra proximos officiorum praefatorum Castrensis Capitanealis Praemysliensis, siue etiam Brzecensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum protectiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello Conuentioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo Haecque praesenti personali Regno ad praemissa omnia mediante. 1205

Eadem eidem scriptum Robrat

ad. Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemysliensibus Dnsa Constantia Alexandra de Leszczyny Tymieniecka Dnsi Alexandri